

*Doc. 5 (Item scriptum est eidem
iustitiario etc... fidelitati tue sub pena
viginti unciarum auri districte...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 5 (Item scriptum est eidem
iustitiario etc... fidelitati tue sub pena
viginti unciarum auri districte...)*

1275-09-11

Item scriptum est eidem iustitiario etc.

Fidelitati tue sub pena viginti unciarum auri districte precipimus quatenus, sicut nostram gratiam caram habes et penam predictam desideras evitare, statim receptis presentibus omni mora et occasione sublati centum sumarios inter mulos iumenta et roncinos pro nostris de Lacupensile arneseriis deferendis invenire et incontinenti magistris marescallie nostre apud Lacumpensulem assignari procures. Ita quod ibidem animalia ipsa per totum diem dominicum proximo futurum infallibiliter habeamus. Caveas actente ne ullam in hoc committas desidiam negligentiam sive moram, alioquin penam predictam a te irremissibiliter mandabimus extorqueri.

Datum apud Lacumpensulem XI septembris IIII ind. (1275).